

VITA ROBERTI CARD. BELLARMINI

ab ipso conscripta Anno M.D.C.XIII.

N. natus est Anno Domini 1542. die quarta Octobris. Parentes habuit pios, sed matrem precipue, quae dicebatur Cinthia, Soror Marcelli Secundi Pontificis. Hec amavit Societatem per Patrem Paschasium Broet, unum ex primis decem qui forte occasione balneorum, et egritudinis suae uenerat in transitu Politianum. hunc Patrem illa mirifice colebat, et laudabat, inde nouit semper Societatem, et cupiuisset omnes filios suos, qui erant quinque, ingredi Societatem: addicta erat elemosynis, orationi, contemplationi, et ieiunijs, et corporis castigationi; inde contracto morbo hydropisis obiit sancte anno Domini 1575. anno aetatis suae 49. uel circa eum annum. Hec educauit filios ad pietatem, et primos tres, quorum tertius erat N. iubebat simul incedere, et cum alijs pueris non commisceri, et singulis diebus ad sacram eadem propinquam domui paterna accedere, ibiq; orare ante venerabile Sacramentum, eosdem mature assuefecit sacrae confessioni, et missae audienda, et orationi, et alijs deuotionibus. N. adhuc puerulus annorum (ut opinor) quinq; uel sex concionari uolebat, et in inuersum scabellum, indutus linea ueste, impositus, concionabatur de Passione. Ingenium habuit non subtile, et eleuatum, sed accommodatum ad omnia, ut equaliter se haberet ad omnes disciplinas capiendas. In pueritia cepit amare Poeticam, et magnam noctis partem aliquando consuebat in legendo Virgilio, quem ita sibi familiarem habuit, ut cum Carmina Exametra scriberes, nullum in illis uerbum poneres non Virgilianum. Primum Carmen scripsit de Virginitate, et capitales litterae reddebant. Virginitas. scripsit Eglogam annorum XXV. de obitu Cardinalis de Nobilibus, quae publice recitata est. Scripsit

Amat Poeticam et Primum
Carmen scribit de Virginitate.

1111. Adem tempore multa Carmina Latine et Italice, et praecipue libros quos
non absoluit de impedimentis quae sibi afferebantur ne ingrederetur So-
cietatem, quos libros Virgiliano stylo compositos non solum non absoluit,
sed etiam concremavit, erubuit enim de rebus suis scribere. Scripsit multa
Carmina Romae, Florentiae, in Monte Vicio, Parisijs, et denique Ferrariae
cum praesent recitandae Elegiae coram Regina Hispaniae, et forte agro-
taret qui bene longum prologum recitaturus erat, Composuit ipse statim
prologum breviorum, qui mandari facile posset memoriae versibus Iambicis.
Ex tanto numero Carminum nihil superest, nisi Carmen Saphicum com-
positum Florentiae de Spiritu Sancto, cuius initium est Spiritus celsi domi-
nator axis, quod a nescio quo Typis mandatum fuit sine nomine auctoris
inter selecta Carmina Virorum illustrium, et Hymnus brevissimus de
Sancta Magdalena, qui positus est in Breuiario, qui Hymnus compositus fuit
Tusculi, et a Clemente Octavo antepositus hymno quem de eadem re scripsit
Cardinalis Antonianus, et uterque nostrum quasi ex tempore scripsit, et
ioco magis Breuiario poni deberent. Ac ut redeam ad tempus, et
ad ingressum Societatis adolescens annorum quindecim, ut mihi videtur,
Concionem huc exhortationem habuit. N. feria quinta in Coena Domini
in Confraternitate Primariae Civitatis quam Prior Confraternitatis habere
solebat, sed materiam subministrarunt Patres Societatis. Ipse autem solum
memoriam, et verba, et actionem de suo apposuit. Sed post eam Concionem
saepe compellabatur a Priore verba facere in eadem Confraternitate brevi
spatio temporis ad se parandum concessit. Eodem tempore facile didicit
canere, et ludere varijs instrumentis musicis, et etiam retia pro venatione
ita resarcire, ut nunquam viderentur scissa. Anno xvj. cum esset itu-
rus Patavium ad studia grauiora, et iam facultatem a Cosmo Duce
Florentiae accepisset, dandi operam studijs ex Pisas: decrevit dimittere
mundum

exercitia pietatis

mundum, et Societati nomen dare. Id autem ita contigit. Cogitabat serio
 quodam die quomodo posset ad ueram quietem animi ascendere, et cum diu
 discurrisset de dignitatibus ad quas aspirare posset, coepit serio cogitare bre-
 uitatem rerum temporalium etiam inaximarum, et inde horrore concepto
 talium rerum, decreuit eam Religionem querere, in qua periculum nullum
 esset, ne ad dignitates traheretur; deniqz sciens nullam Religionem esse
 ad hanc rem tutiorem quam Societatem, conclusit hanc omnino sibi esse eli-
 gendam. Contulit hoc suum propositum cum Patre Alphonso Sgarisghia
 suo tunc Praeceptore a quo sciebat se ualde diligi, et secreto, atqz ut amicus
 amicam fidelem rogauit ut sine fraude diceret quomodo sibi esset in Societate?
 an ex eo uocatione contentus? an aliquid lateret mali, uel periculi quod palam
 non appareret. Timebat enim ualde ne post ingreulum poeniteret facti. Bo-
 nus ille Pater, dixit sibi esse optime, et contentissimum uiuere. Interim
 venit ad eum Nuntius de uocatione Ricciardi Ceruini Consobrini sui
 ad Societatem, qua uocatio uidetur in idem omnino tempus concurrisse.
 Itaqz hinc ualde confirmatus, et literis inuicem datis, et acceptis, petierunt
 a Reuerendo Patre Lainex qui tunc erat Vicarius Generalis ut in Socie-
 tatem admitterentur. Sed quia idem Pater uolebat id fieri cum bona gra-
 tia Parentum, euolutus est annus, et Parentes eorum impetrarunt a R.
 Patre Lainex tum Generali, ut filij eorum adhuc unum annum manerent
 apud se, ut spiritus probaretur. Concessit Pater Generalis, et dixit hunc
 futurum annum probationis duorum Consobrinorum. Itaqz anno partim
 1559. partim 1560. manserunt partim quisqz domi suae, partim simul in
 pago, qui dicitur Oiuus sine ullo impedimento Parentum; quo tempore
 dabant operam frequentiae sacramentorum, et studijs humanitatis.
 Quotidie enim post mensam fiebat Academia, et Dnus Alexander
 Ricciardi Pater, docebat aliquid ex Georgijs Virgilij: ipse autem Ric-

Proba. domi per annum.

ciardus explicabat Poeticam Aristotelis Græcam, Frater eius Frennius, qui
postea obiit. Proto notarius, et Referendarius utriusq. Signaturæ Orator
Demosthenis pro Corona, et N. explicabat orationem pro Milone. Et præ-
terea in Ecclesia explicabant doctrinam christianam, et hortabantur rusti-
cos ad pietatem, sed non adeo frequenter. Anno euoluto dimissi à Parentibus
ingreditur Societatem. venerunt Romam, et admissi sunt ad Societatem in Vigilia Sancti Mathzi
anni 1560. post decem dies p. probationis, quibus in cubiculis ut hospi-
tes manserunt, admissi sunt ad conuictum communem, et septem diebus in-
seruierunt coquinae, et septem alijs refectorio, et sic expleto Nouitiatu missi
sunt ad Collegium, et in festo Circumcisionis renouarunt vota, que fecerant
sponte sua p. die ingressus sui cum cæteris Collegialibus.

dat operam philosophiæ. In Collegio Romano mansit N. tribus annis dans operam Logicæ et Philosophiæ
sub Patre Petro Parra, et quamuis toto triennio eger fuerit (primo anno la-
borauit letargo grauissimo, eodem et sequenti laborauit continuo dolore capitis
tertio iudicatus est pthisicus uel ethicus) tamen defendit primus conclusio-
nes meszruas, et in fine cursus defendit totam Philosophiam, et cum essent
creandi Magistri decem, aut duodecim Condiscipuli, ipse solus pro omnib.
explicauit questionem de Anima, et defendit sine præside argumentan-
tibus Magistris uno uel pluribus non rectè meminì, et pridie eius diei mis-
sus est ad vineam cum aliquot socijs ut distraheretur à studio, et commen-
tatione, ne lederetur valetudo eius infirma.

docet humanitatem
florentiæ.

Anno 1563, missus Florentiam ut doceret humanitatem. Ibi per aeris mu-
tationem, et curam medici ualde boni cæpit melius ualere. docuit adoles-
centes in scholis, ut potuit, sed admiscens Philosophicas quæstiones, ut
compararet sibi auctoritatem: et in estate docuit etiam Sphæram cum
tractatu de Stellis fixis. Habuit in eade primaria duas orationes Latinas
et scripsit Carmina in magnis festis, que affigebat ianuis templi. Tuo-
lura

luta hyeme cepit concionari in dominicis et festis post vesperas ita iubente
 Superiore cum esset annorum cxxij: imberbis, et sine ullis ordinibus, imò sine
 prima tonsura. In p.^a Concione pia quadam mulier semper mansit flexis ge-
 nibus orans, cumq; ab ea quæsitum esset cur hoc fecisset, respondit, se cum
 uidisset in suggestu adolescentem imberbissimum uisne continuo animo desi-
 ceret cum ignominia Societatis. Sed N. maiori spiritu, et audacia tunc
 uerba faciebat quam postea cum esset Senex. Certus enim tibi esse uideba-
 tur de memoria. Domi etiam cepit Superiore iubente exhortationes habere
 ad fratres. Cum N. esset Florentia in autumno peregrinatus est cum Pre-
 Marco usq; Camaldulum monachum Auernia, et Vallem Ombrosam, et in
 itinere concionabatur per pagos, et oppida, et Pater Marcus audiebat confes-
 siones. In Monte Camaldulensi excepti sunt humanissime à maiore (sic
 enim uocant Generalem) et tribus diebus eos retinuit, tertia die penè ex
 improuiso iussit ut haberet N. exhortationem ad Patres loci illius, fecit
 inuitus, et coactus: et venerandi illi Senes attentissime audierunt, et postea
 manus N. osculari uolebant; quamuis adolescentis, sed ille non patiebatur id
 fieri. Sed Florentia non mansit nisi annum unum et mensem. Inde missus
 ad Montem Vicium siue Regalem, Comitum unum habuit ex fratribus
 usque ad mare paulo ultra Spucam. Postea solus nauigauit Genuam, inde
 Saonam inde terrestri itinere peruenit ad Montem Vicium in quo iti-
 nere multa pertulit pericula corporis et animæ, ut etiam in quodam hospicio
 diceret hospita eum esse maritum filia sua, qui diu affuerat. In alio diceret
 quidam sibi marsupium ab N. noctu sublatum, sed Deus adsuit inno-
 centi. Qui firmiter statuit, si unquam tibi contingeret regimen alicuius
 Collegij Societatis, nunquam se missurum solos Patres, aut fratres pre-
 sertim iuuenes, etiam si sumptus maximi faciendi essent. In Collegio
 Montis Vicij inuenit expositum esse Cathalogum lectionum illius anni,

mittitur ad Montem
 Vicium.

penicula in via

et sibi assignatum Demosthenem Græcum, et Marcum Tullium, et
alia quædam. Et quoniam in Græcis uix ipse aliquid nouerat præber
Alphabetum, dixit Auditoribus se uelle illos à fundamentis instruere,
ac primum eos docere grammaticam, deinde Demosthenem. Itaque
maximo suo labore, ^{quotidie} discebat quod alia doceret. Tantum tamen la-
borando perfecit, ut breui Isocratem explicare posset, et deinde
alios libros. æstate docebat somnium Scipionis, explicans multas
questiones Philosophicas, uel Astrologicas, et concurrebant ad audi-
endum illum multi etiam ex Doctoribus Uniuersitatis, quæ tunc
ibi erat. In festo Penthecostes inuitus, et pene coactus à Superioribus.
concionatus est in eade Primaria tribus diebus continuis, et (quauis
omnino immerito) scriptum est à Superiore ad Patres Romanos, nun-
quam sic locutus est homo, sicut hic homo. Perrexit postea concionari
in dominicis toto fere triennio, quo ibi mansit, præsertim in aduentu,
et festis Natalitijs. Accidit autem illi, ut forte legeret Conciones Cor-
nelij Bituntini Episcopi, et ad eius imitationem inciperet Conciones
scribere ad uerbum, et recitare non sine magno labore. Sed cum
quadam die Natalis Domini post uesperas habuisset Concionem
ualde laboratam, et in qua memoria commendanda aliquot dies
consumperat, significatum est à Canonicis Templi sequenti die
habendam Concionem summo mane. Itaqz. N. pene desperabat
se Concionari posse, cum ne quidem unam horam haberet ad Concio-
nem memoria commendandam. Sed placuit Deo, ut nunqz. tam
fructuose et tam libere et ex corde concionatus sit. Canonici enim
dixerunt ei, alias tu concionabaris, hodie angelus de Cælo concionatus
est. Ex illo tempore decreuit ornamenta omnino uerborum dimittere,
et sola puncta latine scribere, quod et fecit præterqz. in Concionibus la-
tinis

Concionatur in eade
primaria.

tinis. In Collegio illo Montis Regalis N. omnia pene officia exercebat.
 Nam docebat in scholis, legebat ad mensam, Concionabatur in Templo, ha-
 bebat exhortationes ad Fratres, Comitabatur euntes sacerdotes ad sua nego-
 tia, Ianitorem iuuabat cum ille pranderet, excitabat etiam aliquando matu-
 tino tempore dormientes. Sed cum Pater Adornus Prouincialis audisset il-
 lum concionantem, dixit non esse bonum ut N. tam diu differret studia
 theologica, et iussit illum inde proficisci Patauium, ut audito cursu theo-
 logico, deinceps solis Concionibus uacaret. Antequam ex Monte Cicio,
 seu Regali discederet, accidit illi aliquid iucundum. Iuit comes Patris
 Rectoris ad visitandos Dominicanos. Prior Dominicanorum inuitauit
 Rectorem ad bibendum, et cum ille ueniret, dixit Prior, beuera bene questo
 Fratino uostro compagno, loquens de N. quem non nouerat. Die sequenti
 uenit Prior ille ad Collegium, et inuenit ad portam fungentem muneze
 Ianitoris ipsum N. rogauitq; ut uocaretur Concionator. Respondit N.
 Concionatorem non posse uenire, sed relaturum illi fideliter que Pater^{tas}
 sua mandaret. Non inquit Prior possum tibi dicere que uolo, sed duc me
 ad Concionatorem, uel uoca illum ad me. Iam dixi (inquit N.) Concio-
 nator non ueniet. Et cum ille instaret coactus est N. dicere ego sum quem
 queris, et non possum uenire, quia hic sum. Tum Prior memor pridianae
 irrisionis erubuit, et humiliter satis petiit ueniam, et rogauit ut in Nata-
 li Domini pro Concione publicaret Bullam Pontificiam continentem
 indulgentias pro elemosyna facienda in subsidium Capituli generalis
 futuri Patrum Predicatorum, quod N. promisit se facturum, et fecit.

Mittitur Patauium
 ad audien. Theologiam.

Anno 1567. N. uenit Patauium ad studium Theologicum inchoandum. tunc
 nostri fratres duos habebant preceptores unum domi, qui erat Pater
 Carolus Pharaos Siculus, qui docebat primam partem Sancti Thomae.
 alterum in scholis publicis fratrem Ambrosium Barbauarium Domini-

canum, qui docebat tractatum de legibus ex p.^a 2.^a S.^ti Thomæ. Sed quia
nostri fratres, et N. cum eis aduerterunt fratrem Ambrosium nihil dicere
nisi quod est apud Sotum in p.^o lib. de iust. et iur. cito dimiserunt eum.
Et cum Pater Carolus doceret Prædestinationem ex præuisis operibus N.
in suis scripturis ponebat sententiam S. Augustin. de Gratuita prædes-
tinatione. Sed uix abierunt duo menses studij Theologici, et N. coactus est
Concionari in templo Collegij, Primum ante prandium, deinde post
prandium. In Bachanalibus profectus est Venetias, et ibi habuit Con-
cionem feria quinta Bachanaliarum in Conuentu multorum Nobilium,
ubi attentissime auditus est, disserens contra Chorceas, et alias insanias
illius temporis, et cum absoluisset, multi nobilium Senatorum manus
illi osculari uolebant. In mense Maio ductus est N. Genuam à Patre
Prouinciali occasione Congregationis Prouincialis ut defenderet Conclu-
siones, et Concionaretur. Itaque bi duo. sustinuit conclusiones in Ecclesia
Cathedrali. ex Rethorica, Aristotelis, ex Logica, ex Physica, ex Me-
taphisica, et ex omnibus partibus Sancti Thomæ. Et cum inter
disputandum cum suo presidente Patre Carolo Pharaone non conueni-
rent, iussit Pater Prouincialis ut Pater Carolus taceret, et sineret N.
per se respondere. Habuit etiam Concionem die dominico post ves-
peras in maxima frequentia auditorum: sed totam fere desumpserat ex
oratione Sancti Basilij in illud, Attende tibi. sciebat enim in illo
auditorio non multos esse, qui furtum ex Basilio agnoscere possent.
Evoluto anno iussus est à Patre Generali proficisci Louanium ad La-
tinas Conciones habendas, et ibi absoluedum cursum theologicum:
sed quia Patauij incohauerat pro suggestu explicationem Psalmi
Qui habitat, et auidè audiebatur: noluerunt Patres Patauini eum
dimittere, et Patri Generali responderunt periculum esse, ne N.
hiberno

hiberno tempore frigus germanicum ferre non posset, et hoc esse iudicium me-
 dici. Sed N. scripsit Patri Generali, se promptam esse continuo proficisci quo-
 cumque obedientia iuberet, sed non iuisse, quia Paternitas sua non iusserat
 sibi, ut iret, sed Superiori immediato, ut mitteret. Expectavit Pater Genera-
 lis sex menses, quo tempore audiuit N. Patrem Ioannem Ricasolum docentem
 aliquos questiones tertiae partis Sancti Thomae, et in festis diebus lectiones
 suas continuavit in Templo super Psalmum Qui habitat, et exhortationes
 habebat ad fratres feria sexta. Apparente uere anni 1569. scripsit Pr
 Generalis ad N. ut proficisceretur Mediolanum, et ibi adiungeret se Pri
 Iacobo Flandro, et iret Louanium. Et quoniam iter dicebatur ualde periculo-
 sum propter milites Ducis Bipontini, qui transibant ex Germania in Gallia
 peruiam, quam nos facturi eramus, contulit se N. ad Sanctiss. Sacramen-
 tum, ibique toto corde obtulit Deo vitam suam, et quicquid in illo itinere
 sibi accidere disposuisset. Inde plenus bona fiducia iuit sine socio Medio-
 lanum, ubi adiunctus Patri Iacobo, et Dno Guglielmo Alano, qui postea
 fuit Cardinalis, cum alijs duobus Anglis, et uno Hiberno profectus est
 Louanium. Et cum ingrederetur Collegium dixit, ego mittor a Patre Gene-
 rali, ut hic duobus annis maneam, sed ego septem annis manebo, et ita factu
 est; quo spiritu ductus hoc dixerit, nescit: nisi quod ita venit illi in mente.

Latine Concionari cepit in die sancti Iacobi Apostoli. Et cum durum uideretur,
 quod nullos adhuc haberet ordines ecclesiasticos, et stolam gerere
 non posset, ut ibi omnes Concionatores solebant, scriptum est a Patribus
 Louaniensibus Patri Generali super hac re. Ille differerebat ordinationem
 ne cogereetur N. emittere professionem trium uotorum iuxta decretum Pij
 Quinti, sed tamen rescripsit ut N. emitteret professionem trium uotorum,
 et sic ordinaretur, emissurus postea professionem quatuor uotorum.
 Et quoniam nec Louanii, nec in uicinis locis erat Episcopus, coactus est

Mittitur Louanium
 ad latine concionandum.

Predicit se septem annis
 ibi mansurum.

omnibus ordinibus
initiatum.

proficisci Leodium, ubi accepit in quatuor temporibus post Cineres, primam
Tonsuram, quatuor Minores, et Subdiaconatum. Deinde profectus est
Gandauum, et a Cornelio Iansenio suscepit Diaconatum in Sabatho
sitientes, et Presbyteratum in Sabatho Sancto, et in octaua Pasce cecinit
Louanij solemniter primam Missam cum Diacono, et Subdiacono anno
Domini 1570;

Primus aperit scholam
Theologicam Louani

Eodem anno ad initium Octobris, rogatus a Patribus vt doceret Theologiam
Scholasticam, assensus est, et quamuis non audisset nisi partem ^{aliquam} p.^a partis
et 3.^a part, Tamen iactans in Domino cogitatum, docuit totam primam
partem annis duobus, et partem p.^a 2.^a mo anno, et 2.^{am} 2.^a duobus annis,
et initium 3.^a partis alio anno. Itaque concionatus est sex primis annis,
et anno septimo cessauit a Concionibus iam fractis uiribus, et docuit
sex ultimis annis, proinde primo anno solum concionatus est. Ultimo
anno solum docuit, quinque intermedijs simul concionabatur, et doce-
bat. Neq; ab exhortationibus domi habendis, neque a confessionibus
audiendis liber erat. Scholam Theologicam Louanij primus N. ape-
ruit. Nam usque ad eum diem non permisit Uniuersitas ut nostri
publice docerent. Et quoniam Michael Baius insignis alioqui Doctor
multas opiniones sequebatur, quae uidebantur declinare ad nouos er-
rores Lutheranorum, quaeque damnatae fuerant a Pio Quinto Pontifice
anno 1570. Anima duertens N. non deesse multos, quibus eae opiniones
placerent, cepit eos refutare non sub nomine Doctoris Michaelis, sed
sub nomine ueterum, uel nouorum haereticorum. Eo tempore cogitans
N. linguam Hebraicam, ualde utilem esse ad intelligentiam sacre
Scripturae, applicuit animum ad eam linguam discendam, et cum di-
discisset alphabetum ab aliquo perito illius linguae, et aliqua rudimen-
ta grammaticae; Confecit ipse sibi Grammaticam hebraicam faciliori
methodo

linguam hebraicam
addiscit. & docet.

methodo quam Rabini soleant, et breui tempore didicit linguam hebraicam, quam Theologo satis esse videtur, et instituit Academiam in qua cum aliquot alijs socijs exerceret studium linguae hebraicae, et graecae. Et ostenderet grammaticam suam esse ceberis faciliorem, promisit uni ex discipulis suis in schola Theologica, qui linguae hebraicae omnino imperitus erat, se effecturum, ut spatio dierum octo, si sibi operam dare uellet, disceret ex lingua hebraica quantum satis esset, ut cum auxilio dictionarij per se libros hebraicos intelligere posset. Quod ipsum omnino praestitit, ut ostenderet non esse falsum existimandum quod Sanctus Hieronymus de Blessilla scripsit, eam didicisse linguam hebraicam paucis non mensibus sed diebus. Anno 1572. N. in octaua Apostolorum emisit professionem quatuor votorum quando defecerunt a Rege Philippo multae Ciuitates, et cum Princeps Orangius veniret cum magno exercitu contra Louanium, omnes fere religiosi recesserunt, quia Ciuitas non facile defendi poterat, et haeretici Caluinistae, quorum plenus erat exercitus Principis, in Religiosos praecipue saeuiebat. Quia uero hostis multo citius adfuerat quam sperabatur, Rector Collegij iussit omnes mutare uestes, et deponere comas, ne corona clericalis appareret. et diuisit eis modicum pecuniae quod erat in Collegio, et dimisit binos et binos ut saluarentur ab imminente periculo quomodo possent. Tunc N. cum uno socio abiit pedes uersus Artesiam multis diebus magno labore, et periculo, donec venit Duacum, ubi fugiens bellum, inuenit pestem in Orbe illa grauiter grassantem. Sed ex omnibus periculis liberauit eos Deus. Accidit aliquando ut nocte imminente N. ita fatigatus esset, ut nullo modo progredi posset. Itaqz. necesse erat ut in uia ualde periculosa consisteret, sed ecce currus uelociter currens plenus hominibus, qui et ipsi fugiebant a facie hostium, propinquauit, et cum cognouisset auriga non

emisit professionem
 quatuor votorum.

cogitur fugere hostes
 cum uita periculo.

non posse N. ulterius progredi scēdit, et libentissime accepit eum in curru, socio
validiore pedibus præcurrente, donec veniret ad Suburbia Civitatis. Au-
riga ille vir bonus erat, et bene catholicus, et dicebat se solitum quotidie au-
dire unam missam, sed nunc in odium hæreticorum audire se uolle quotidie
duas, et innare quantum posset sacerdotes, quos illi persequuntur, et ea de
causa dicebat se libenter in curru recepisse N. quia audiuerat a socio eius
illum esse sacerdotem, quamuis habitum laicalem gestaret. Ad finem Au-
gustini Dux Albæ magno coacto exercitu fugauit Principem Oran-
gii, et recuperauit Orbem amissam in Annonia, et Brabantia, et tunc N.
redijt Louanium ad pristinum officium concionandi, et docendi. Quanta
frequentia ad conciones. esset frequentia auditorum, potest inde colligi, quod cum finiretur con-
cilio, et per diuersas portas auditores exirent, ita implebantur duæ, uel tres
plateæ, ut Ciues mirarentur, unde tot homines prodirent, dicebantur enim
esse aliquot millia. Cum N. iret ad habendam Concionem die quadam
(haberat enim Collegium ab Ecclesia sancti Michaelis, ubi fiebat Concilio,
satis procul) adiunctus est ei vir quidam grauis, qui non agnoscens N. esse
Concionatorem, quia erat parue stature, et in suggestu uidebatur procerus
ob scabellum suppedaneum, unde exierat uix per oppidum uenisse ex Ita-
lia procerum iuuenem, ut conciones Latinas haberet. Ille (inquam) cepit
multa rogare, ab N. an nosset Concionatorem unde esset, ubi studuis-
set, et simul laudare supra ueritatem; et cum N. ita responderet, ut
tamen se non manifestaret, dixit ille, Tu nimis lente progredieris, ego
cupio, bona tua uenia, celeriter accurrere, ut locum inueniam. Respondit
N. fac ut libet, nam mihi locus deesse non potest. De fructu Concionum
hoc solum possum dicere, in Concione quadam habita de morte in die
animarum, magnum motum ad poenitentiam extitisse, ut etiam in Concio-
ne quædam habita in dominica infra octauam corporis Domini, multos
fuisse

fuisse confirmatos in fide veritatis corporis Domini in Eucharistia, uel etiam conuersos ab errore, ut à fide dignis accipi. Multa alia dicebantur, ob quæ Patres Louanienses Collegij non acquieuerunt ut N. discederet, cum peteretur instanter à Cardinali Borromeo, qui nunc Sanctus Carolus dicitur, et à Patre Generali promissus ei fuisset, et similiter cum peteretur à Parisiensibus. sed anno 1576. cum uideretur ita prostrata ualitudinis, ut iudicio medicorum non posset diu superuiuere, scripserunt Patri Generali, se non posse diutius sine graui scrupulo conscientie impedire quo minus aerem mutaret. Tunc Generalis scripsit ut statim Romam eum mitterent, quod et fecerunt.

vocatur Romam ad
controuersias explicandas.

Vbi N. descenderet ex Augusta prætoria, et aerem Italicum haurire inciperet, mirum est, quam in corpore suo mutationem senserit. videbantur vires redire, et ipse ex doloribus uarijs, quibus affligebatur melius habere. Itaq; Romam peruenit a deo confirmatus, ut post unum uel alterum mensem ceperit iubentibus Superioribus. Controuersias in Gymnasio Romano explicare, in quo munere perseuerauit annis vñdecim; cum interim exhortationibus in Collegio habendis, et confessionibus fratrum audiendis uacauerit. Anno (ni fallor) 1584. cepit N. scribere, et in lucem edere libros, ac primum edita est eius institutio hæbraica. Deinde editi sunt libri tres de translatione Imperij Romani contra Illyricum. Postea editus est primus tomus controuersiarum, qui diuisus est in duos ob nimiam magnitudinem, deinde editus est tomus secundus, qui postea uocatus est tertius eodem tpe editi sunt libelli aliquot, qui inter opuscula habentur. Anno 1589. cum mitteretur Cardinalis Caetanus Legatus in Galliam ob motus grauissimos eius Regni, missus est cum eo N. à Sixto Quinto Pontifice. In Gallijs ceperat esse celebre nomen N. ob libros Controuersiarum editos. Ideo multi eum videre cupiebant, et ipsum frequenter adhibant. In itinere

prima opera edita
in lucem.

mittitur cum Card.
Caetano Galliam.

predicit mortem
Sixti V^o

Illu^{mus} Legatus quarebat ab N. quamdiu putaret superuicturum Pon-
tificem, respondebat ille, hoc ipso anno moriturum, quod saepe illi confirmauit
Parisijs, cum Cardinalis longiorem vitam eius futuram omnino affirmaret.
Cum esset Cardinalis Legatus cum toto suo comitatu apud ditionem Burgun-
diæ, et recedere inde cogitaret, ut Parisios proficisceretur, exijt fama, esse in
quodam biuio Dominum Iauines cum mille equitibus in insidijs, vt Cardina-
lem caperet, et comitatu eius aliquos necaret, aliquos caperet. Sed exijt simul
alia fama, hoc totum esse confictum, vt impediretur iter Cardinalis. Igitur
Cardinalis cum non posset agnoscere veritatem per media humana: celebrato
sacro, cum omnes essent parati ad iter: secreto coniecit in calicem duas par-
uulas schedulas in quarum una scriptum erat eundum, in altera non eun-
dum, et commendans suum negotium, eduxit sorte illam, quæ habebat non
eundum, et pauls post innotuit uerum esse, quod dicebatur de insidijs.

quid egerit
Parisijs.

Parisijs mansimus a xx. die Ianuarij usque ad initium septembris. quo tempore
nihil fere egimus, sed multa passi sumus. Nam cum die xij. Martij con-
flixissent Dux Maiene cum Rege Nauarræ, et Rex victoriam obtinuis-
set, timor, et tremor cecidit super nos. Sed Rex, ^{noletis} perdere et spoliari tam
magnam Ciuitatem, maluit per obsidionem illam capere, quam vi ir-
rumperè. Itaq; obsidione eam cinxit: et nos omnes destituti victualibus
miserime egimus. Nam brodium coctum in olla cum carne canum satis
care uendebatur. Legatus Regis Hispaniæ donauit nobis pro magno munere
partem quandam equi sui, quem occiderat ad cibum. Nihil ibi N. egit, in
quod nomine Cardinalis Legati scripsit epistolam latinam ad Episcopos
Galliæ, dehortans eos a schismate. Quoniam ferebatur uelle eos cogere Syno-
dum nationalem, et in ea creare Patriarcham independentem ab Apostolica
Sede, et hoc impeditum fuit. Accidit initio Septembris, ut adferrentur
ad Cardinalem litteræ ex Roma, quæ mirum est quomodo penetrauerint

in Orbem undique clausam, et cum alij alia dicerent de illis litteris, anteq̃
 à Cardinali aperirentur, et fere omnes mala ominarentur, quia Sixtus Pa-
 pa infensus erat Cardinali et Secretario, et ipsi etiam Bellarmino, propter
 inuentam in libris eius propositionem, negantem Papam esse Dominum directe
 totius mundi: tunc N. dixit in his litteris continetur mors Sixti Quinti Ponti-
 ficis et cum omnes eum deriderent, quia nihil de Sixti egritudine auditum erat,
 tamen uerum fuit, quod N. affirmauit, et mirati sunt uniuersi.

Prædicat iterum mortem
 Sixti quinti.

egrotat in uia.

Romæ N. rediens egrotauit grauissime Mordis. Si quidem in ea Ciuitate granaba-
 tur dysenteria quædam lethalis, ex qua qui corripiebantur, uix mortem euade-
 bant, hac dysenteria laborare cepit N. prima nocte, et adiuncta erat febris
 grauissima, et nihil gustare poterat, neque quiescere. Cardinalis substituit
 una integra die, deinde consilium habuit cum suis, quid fieret de N. tandem
 inspirauit Deus Cardinali consilium bonum, ut non relinqueret N. in eo
 loco, sed duceret quocumq̃ modo posset. Itaq̃ parare fecit leticam suam, et
 in ea collocari N. et placuit Deo ut exeunte N. de Ciuitate illa, mox melius
 ualere inciperet, et spatio octo dierum iter faciendo, iacens, uel sedens in Le-
 tica, plane conualesceret. In itinere transiuit per Basileam, sed non est
 agnitus. ubi uero auditum est, ibi fuisse N. ferunt multos egritudine habuisse
 quod eum uidere, potuissent. An ei nocere, uel eum honorare uoluerint, incer-
 tum est. Romam peruenit die xj. Nouembris.

circa Biblia correctione.
 quid senserit, et egerit.

Anno 1591. cum Gregorius XIV. cogitaret quid agendum esset de Biblijs à
 Sixto Quinto editis, in quibus erant permulta perperam mutata, non deerant
 Viri graues, qui censerent, ea Biblia esse publice prohibenda. Sed N. coram
 Pontifice demonstrauit non esse Biblia illa prohibenda, sed esse ita corrigenda
 ut saluo honore Sixti Quinti Pontificis, Biblia illa emendata prodirent.
 Quod fieret, si quam celerrime tollerentur quæ male mutata erant, et Biblia
 recuderentur sub nomine eiusdem Sixti. præ festinatione repressisse aliqua
 et addita prefatione, quæ significaretur in primam editionem Sixti.

errata, uel Typographorum, uel aliorum. et sic N. reddidit Sixto Pontifici bona pro malis. Sixtus enim propter illam propositionem de dominio Papae directo in totum orbem, posuit controuersias eius in Indice librorum prohibitorum, donec corrigerentur. Sed ipso mortuo Congregatio Sacrorum Rituum continuo iussit deleri ex libro indices nomen eius. Placuit consilium N. Gregorio Pontifici, et iussit ut Congregatio fieret ad recognoscenda celeriter Biblia Sixtina, et reuocanda ad ordinaria Biblia, praesertim Louaniensia. Id factum est Zagarola in domo Cardinalis Marci Antonij Columnae, presentibus Cardinali ipso Columnensi, et Alano Cardinali Anglo, nec non Magistro Sacri Palatii, ipso N. et alijs tribus, uel quatuor, et post obitum Gregorij, et Innocentij Clemens Octauus edidit Biblia recognita sub nomine Sixti cum praefatione, qua idem N. composuit.

Scribit 3^m tomum
controuersiarum.
fit Rector Collegij
Romani.

In Autumno anni 1591. N. secessit Tusculum, ut scriberet tertium Tomum controuersiarum, quem paucis mensibus absoluit, et editum Clementi 8^o dicauit. Anno 1592. factus est N. Rector Collegij Romani, et ut alijs exemplum religiosae simplicitatis praerberet, abstulit ex cubiculo Rectoris uaria scrimia pretiosa, et iussit poni in sacristia ad conseruandas mappulas, et alias res sacras; abstulit item imagines depictas (quadri nominatas) et alia omnia, quae non sunt necessaria, et solum uoluit habere ea, quae habent alij fratres. non finiuit suum triennium, sed missus est Neapolim, ut ibi esset Prouincialis. in quo officio conatus est uerbo et exemplo alijs docere; et Prouinciam bis uisitauit, sed triennium non compleuit; Nam defuncto Cardinali Toletio uocatus est Romam a Papa Clemente Viii. Anno 1597. mense Ianuarij, et quidem Papa eum in Palatium uocare uolebat, ut ibi degeret, sed ipse per Cardinalem Aldobrandinum obtinuit, ut in Poenitentiana potius quam in Palatio degeret, et simul factus est Consulor Sancti Officij. Eo tempore cepit Pontifex ad eum mittere supplicatio-

Prouincialis Neapolim

vocatur a Papa Romam.

nes. dispensatione matrimonialium, et alia nonnulla. Ipse tamen rarissime
 et non nisi ex maxima necessitate in Palatium ibat. Circa Clementem
 Papam contigit aliqui d. mirabile. Nam primo anno Pontificatus, cum
 multi suspicarentur eum cito moriturum, ut fecerant tres eius Prædeces-
 sores, dixit Siluius Ant. N. Clemens 8. viuet annos duodecim, et menses
 undecim, et hoc sepe repetiuit, et anno ultimo sepe dixit familiaribus
 suis, illo anno Papam moriturum. Ipse tamen neque ^{erat} astrologus, neque
 Propheta, sed casu ita loquebatur. Tunc etiam rogante Cardinali Tarusio
 scripsit Catechismum breuem, et alium grandiozem, qui paulo post sunt Ty-
 pis mandati, et multis in locis frequentati. Anno 1598. Papa profectus est
 Ferrariam, et secum duxit ipsum N. qui non solum fungebatur officio Con-
 sultoris sancti Officij, sed etiam examinatoris futurorum Episcoporum, et
 tractabat cum Papa negotia Societatis, quæ a Patre Generali sibi deman-
 dabantur. Et quamuis N. degeret in Collegio Societatis, tamen Papa
 singulis septimanis dabat Collegio propter ipsum viginti quinqz. scuta.
 Anno 1599. in feria quarta quatuor temporum Quadragesimæ, creauit N.
 Cardinalem ita de improviso, vt nunqz. præscire potuerit id futurum.
 Quia tamen multi suspicabantur id futurum, Pater Generalis ante
 duos menses quesiuit a Pontifice per Magistrum Camera, an placeret
 sibi vt N. fieret Rector Poenitentiarie, et annuente Pontifice factus
 est Rector Poenitentiarie; Sed Papa hoc permisit vt negotium tegeret,
 sicut etiam cum ante medium annum Ferraria, diceret quidam fami-
 liaris Pontifici, N. esse dignum Cardinalatu. Respondit Papa, est qui-
 dem dignus, sed est Iesuita, subindicans non se illum facturum.
 Cum ergo postea renunciatus esset in Consistorio Cardinalis cum
 alijs duodecim, misit continuo Cardinalis Aldobrandinus Mar-
 chionem Sannesium ad N. qui ei significaret eum factum esse

prædicat mortem
 Clementis 8.

proficiscitur ferrariam
 cum Papa.

creat. Cardinalis.

to idem alij dixerunt.

Cardinalem, et iuberet ex nomine Sancti. ut domum non exiret vlls modo. Tunc N. conuocauit Patres omnes Poenitentiarie ad se, et fecit consilium quid tibi agendum esset: Pater Ioannes Baptista Costa, qui erat senior omnium, dixit non esse locum consultationi, quia cum iam esset factus Cardinalis, et declaratus in Consistorio, nullam esse spem ut Papa acceptaret ullas excusationes praesertim cum expresse mandauerit ut ex domo non discederet. Tunc N. misit Patrem Ministrum ad Cardinalem Aldobrandinum, qui ei diceret, cupere N. adire Pontificem, ut ei rationes suas exponeret, cur non posset acceptare eam dignitatem; sed non audere domum egredi propter prohibitionem ab ipso nomine Pontificis factam. Respondit Cardinalis Aldobrandinus, se non posse concedere ut N. a deat Pontificem, nisi quando vocabitur, quia Pontifex non uult illum audire, sed iussit ut ex obedientia acciperet hanc dignitatem. Vocatus postea ad pileum, siue biretum rubrum accipiendum, et uolens incipere excusationes suas, Pontifex statim interrupit, et dixit, in virtute sanctae obedientiae, et sub poena mortalis peccati, iubeo ut accipias dignitatem Cardinalatus.

tria proponit seruanda
in Cardinalatu.

In Cardinalatu statuit apud se P. non mutare modum uiuendi quoad parcitatem victus, orationem, meditationem, missam quotidianam, et alia statuta, uel consuetudinem Societatis. 2. non cumulare pecunias nec ditare cognatos, sed Ecclesijs, uel pauperibus dare quicquid superesset, ex redditibus. 3. non petere a Pontifice maiores redditus, nec acceptare munera Principum, quae omnia seruauit.

fit Archiepus Capuanus. Anno 1602. uacantem Ecclesiam Capuanam Papa dedit illam ipsi N. et cum ipsemet Papa eum consecrasset in Dominica secunda post Pascha quando legitur Euangelium Ego sum Pastor bonus, et post duos dies dedisset illi pallium Archiepiscopale, die sequenti discessit

ex

ex Palatio, et clausit se in Collegio Romano per quatuor dies ut fugeret
 visitationes, et cum feria sexta habuisset exhortationem ad fratres, mox
 discessit ad residentiam in Ecclesia sua: hæc tam festinata discessio ex
 Urbe, admirationem attulit multis, et ipsi Pontifici, quia ut plurimum
 Curiales uix auelli possunt a Curia, et alius Cardinalis qui cum ipso
 N. consecratus fuit in Archiepiscopum Barensen, distulis egressum
 suum usque ad finem octobris. Peruenit N. ad Ecclesiam Capuanam
 die prima Maij, et solemniter ingressu peracto, et missa solemniter decanta-
 ta paulo post, id est, in die Ascensionis, ascendit pulpitem, et fecit ini-
 tium concionandi. Ipso primo anno reduxit Cathedralē Ecclesiam,
 et Palatium Archiepiscopale ad meliorem formam expensis in ea re
 aliquot millibus aureorum, descripsit numerum familiarum pauperum,
 et singulis mensibus mittebat ad eas certum numerum pecuniarum,
 et assignauit uarijs locis pijs mēstruas elemosynas, præter eas, que daban-
 tur singulis diebus ad portam, et præter extraordinarias elemosynas.
 Tribus annis resedit Capuæ, ter visitauit totam diocesim, ter celebra-
 uit Synodum diæcesanam, et semel Concilium prouinciale, quod ab
 annis octodecim non fuerat celebratum. Inuenit consuetudinem ut
 in Cathedrali non haberetur Concio, nisi per quatuor Dominicis
 aduentus, et per Quadragesimam. Ipse autem cepit concionari
 etiam in festis Natiuitijs, et per totum annum diebus Dominicis
 fere omnibus, nec solum in Ciuitate, sed etiam in Pagis tempore
 visitationis. Et quoniam ipse non poterat toto anno esse in Pagis,
 et in Ciuitate, quando ipse erat in Ciuitate, mittebat duos Patres
 Societatis, qui circuirent Pagos, assignatis illis decem aureis in sin-
 gulos menses, ne grauarent rusticos, et quando ipse visitabat Pagos,
 Patres illi manebant in Ciuitate concionantes, et Confessiones

residentia et funciones
 episcopales.

edificia

elemosyne

visitationes, et
 synodus.

conciones.

audientes. Scripsit dum esset in Pago quoddam maiore' explicationem
Symboli lingua Italica, quam typis mandauit, ut parochi, qui conciona-
ri nesciunt,legerent post Euangelium vnitus articuli explicationem, præ-
cipue quando congruebat cum festis diebus. Et quoniam vsus erat quidam,
ut Canonici et Parochi in festis Natiuitatis munera mitterent Archiepis-
copo satis magna, interdixit omnino eam consuetudinem, tum ne paupe-
res Canonici, et Parochi grauarentur, tum vt diuites darent maiore cum
suo merito pauperibus, quæ daturi erant Archiepiscopo non egenti. Se-
pe enim cogitabat, et alijs inculcabat illud Isaia, Beatus qui excutit
manus ab omni munere. Intererat officio diuino cum Canonicis (nam
Capua Archiepiscopus est etiam Canonicus, et distributiones recipit
satis opimas) omni die festo non solum ad missam et vespas, sed etiam
ad matutinum, et laudes, diebus autem feriatis, intererat saltem offi-
cio matutinali, tum vt Canonicos in officio contineret, et assuefaceret
psalmodia graui, et morosa, tum ut sacraretur distributiones pro pau-
peribus. Integre enim eas pauperibus largiebatur. Dicebat enim
hanc solam esse elemosynam proprie suam, quippe quam labore proprio
lucratur. Reliqua enim Ecclesia esse non sua. Prædixit ab initio
se tribus annis solum illi Ecclesia' præfuturum, et cum magna dili-
gentia conquisiisset nomina prædecessorum à Sancto Prisco Sancti
Petri Apostoli discipulo usque ad sua tempora, et in catalogo potuisset
omnes prædecessores, et de suo immediato dixisset Cesar Costa sedit
annis triginta, subiunxit N. sedit annis tribus, et sic omnino factum
est. Nam post triennium obiit Clemens Octauus Papa, et successor
eius Paulus Quintus noluit permitttere vt N. rediret Capuam, unde
coactus est renuntiare Ecclesiam. Porro N. assidue legebat vitas
Sanctorum Episcoporum, quas ex Surio in vnum collegerat, et ex hac
lectione

scribit explicationem
Symboli.

munera non accepit.

assistit Choro

Prædixit se tribus annis
mansurum Capua.

legit assidue vitas sanctorum
Episcoporum.

lectione

lectione plurimum se uari se sentiebat. Amabatur a Populo, et ipse ama-
bat Populum, Ministri quoque Regis nihil molestie unquam intulerunt,
sed uenerabantur eum, quoniam arbitrabantur eum esse Dei seruum.

in Conclauis
quomodo se gessent

In Conclauis Leonis XI. et rursus in Conclauis Pauli V. ut plurimum
uel in Cella sua manebat, uel solus in loco solitario deambulabat rosari-
um, aut libellum aliquem legens, et priuatim in orationibus suis dicebat
Domino, mitte quem misurus es, et a Papatu libera me Domine. In 2^{do}
Conclauis parum abfuit quin fieret Papa, et cum aliquis uir grauissimus
promitteret suam operam, ipse hortatus est. ut desisteret, et neque ei gratias
egit, et affirmavit se, ne paleam quidem ex terra sublaturum, si per hoc
Papa fieri potuisset, neque eos, qui impedierunt odio habuit, aut inde
turbatus est. Dicebat enim definitionem Papatus esse laborem periculo-
sissimum siue periculum laboriosissimum. Tempore Pauli V. expendit
in fabrica sui tituli scuta. . . . Item Collegio Societatis Politiano dona-
uit redditum quinquaginta scuto: in perpetuum, Collegio Capuano
resignare uoluit Abbatiam Capuanam redditus plusquam mille
scutorum, sed Papa noluit. auctor tamen fuit ut ei daretur Ecclesia,
domus, et hortus eius Abbatie. Eodem tempore edidit Commentaria
in psalmos, libellos duos, uel tres Italicos contra Venetorum doctores.
Item librum Apologeticum contra Regem Angliae, librum contra Gu-
ghielmum Barclaium, librum contra Rogerum Uuidrintoner, et
librum de Scriptoribus Ecclesiasticis eum Cronologia.

edidit uaria opuscula.

Congregationes.

In multis Congregationibus Cardinalium adscriptus fuit, uidelicet Sancti Offi-
cij, Indicis librorum prohibitorum, Sacrorum Rituum, Examinis Epis-
coporum, Indulgentiarum, de propaganda fide Germanice, et Ungarice

Protectiones.

Protector fuit Celestinatorum, Sanctae Marthae, et Collegij Germanici, et V. Pro-
tector in absentia Cardinalis Aldobrandini Charitatis Sancti Hierony-

mi, et Conuertitarum. Viuit adhuc agens annum 71. et quotannis
mense potissimum Septembri colligit se vt vacet orationi, et silentio di-
missis alijs occupationibus, vt puluerem contractum ex negotijs uarijs, &
quomodo possit, detergat. Et ad reddendam Deo rationem uillicationis se
parat. Orate pro eo.

Hæc scripsit N. rogatus ab amico et fratre anno 1613. mense iunio, de
virtutibus suis nihil dixit, quia nescit an ullam uerè habeat, de uitijs
taciuit, quia non sunt digna, quæ scribantur, et utinam de libro Dei debita
inueniantur in die Iudicij. Amen.

Die 28. Octobris 1622.

Fidem facio per præsentem ego Notarius publicus infrascriptus qualiter in
Domo professa Venerabilis Societatis Iesu, et in mansione R^{mi} P^{ris}
Mutij Vitelleschi Generalis supradictæ Societatis & coram me &
R^{mus} Prⁱ Mutius Vitelleschus Generalis Romanus, et Reu^{us}. Pater
Franciscus Sacchinus Perusinus Secretarius, et Reu^{us}. Prⁱ. Io. Andreas
Eud. Ioannes omnes professi sacerdotes dictæ Venerabilis Societatis
tactis pectoribus & iurarunt, et recognouerunt retroscriptam manum,
litteram, et personam, et character in forma pia, et recolendæ memoriæ
Ill^{mi}. et R^{mi}. Dⁿⁱ Cardinalis Roberti Bellarmini, eumq; scrip-
sisse propria manu retroscripta in retroscriptis paginis pro ueritate affir-
marunt prout alias Iatus & prout ad quem & hac die et anno supradictis &

Ita est pro D^{no} Siluestro Spada Notario
Franciscus Meula substitutus.

Il Signore Cardinale Bellarmino stando vicino alla morte il di x. di ottobre
1621. commise a me Andrea Eud. della Compagnia di Giesu, che in nome suo
scruiessi, et testificassi, che quanto sua S.^{ua} Ill.^{ma} ha scritto ne suoi libri
in difesa della fede, et religione cattolica Romana lo ratificaua in quell
hora, et in quella fede moriuo.

Item che in quello tocca la materia de Auxilijs diuina gratie, et hoggidi
si controuerse tra la Compagnia, et altri Cattolici, che ratifica, et tiene
per uero, quanto egli ha scritto nelle sue controuersie, ne ha mai mutata
opinione, et a questa sua Commissione si trouorno presenti gl' infrascritti
quali ad istanza mia si sono sottoscritti di mano propria in questo foglio
per testimonio della verita.

Io Andrea Eudemon Ioannes ho sottoscritta la presente.

Io Nicolo Bellarmini affermo quanto di sopra.

Io Marcello Ceruini affermo, et fui presente a quanto di sopra.

Io Giacomo Minutoli fui pnte, et affermo quanto di sopra.

Io Camillo Oliua da Capua affermo quanto di sopra.

Io Giacomo Fuligatti della Compagnia di Giesu affermo quanto di sopra.

Io Fabio Bellarmini affermo quanto di sopra.

Io Giuseppe Finale della Compagnia di Giesu affermo quanto di sopra.

Io Agostino Mongardi affermo quanto di sopra.

Io Domenico Rinaldi della Compagnia di Giesu affermo quanto di sopra.

Fidem facio per presentes ego Notarius publicus infrascriptus qualiter die
vigesima octaua Octobris 1622. in Domo professa Venerabilis Socie-
tatis Iesu, et coram me & R.R. Patres Iacobus Minutulus Lucensis,
et Andreas Eudemon Ioannes Grecus, Fabius Bellarminus Politianus,
Iacobus Fuligattus Romanus omnes sacerdotes Societatis Iesu et me

221
dio iuramento tactis pectoribus recognouerunt, respectuè eorum scriptu-
ras, et subscriptiones, et etiam medio iuram^{ti} tact^o asseruerunt inter fuisse
subscriptionibus aliorum, ac recognouerunt vt supra in forma^l et in fidem
Dat. hac die et anno predictis

Ita est pro D^{no} Siluestro Spada notario
Franciscas Maula substitutus.

TESTAMENTUM

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Ego Robertus Cardinalis Bellarminus Presbyter Cardinalis e Societate Iesu assumptus, petij a S^{ta} mem^e. Clemente VIII. facultatem condendi testamentum ad pias causas tantum, vt certus essem, ea qua mihi decedenti bona temporalia superessent, qua dum viucrem, dispensari pauperibus uel Ecclesijs non potuerant, ut pote mea sustentationi necessaria, ad pauperes, et Ecclesias redirent. Concessit Pontifex indultum testandi generalius quam voluissem, sed non acceptaui nisi ad pias causas, vt petieram; habetur hoc indultum inter alias bullas mihi concessas in magno folio pergameno cum plumbo dat^o. anno Domini 1603. 6. idus Apr. Pontus Sanctis. Papa Clementis VIII. anno XII. Ergo hoc indulto presupposito, testamentum condidi Capuae, cum essem Archiepus eius Ciuitatis. Deinde illo abrogato, aliud condidi Romae, sed propter mutatas circumstantias hoc secundo etiam abrogato, nunc iter^o. testam^o. condere statui, cum sim annorum 69. sed mente et corpore per Dei gratiam bene ualens. Primum igitur spiritum meum in Dei manus commendatam, toto corde exopto, cui ab adolescentia seruire desiderauim, Et precor vt me inter sanctos et electos suos, non aestimator meriti, sed ueniae largitor admittat. Corpus meum non apertum nocturno tempore sine alia pompa ad Ecclesiam Societatis Iesu, uel Collegij Romani, uel Domus professae deferri uolo, et exequia fiant per solos Patres, et fratres Societatis sine interuentu sacri Collegij, sine lecto sublimi, sine insignibus uel flabellis, eademq; simplicitate qua ceteris de Societate Iesu fieri solent. Et hac de re quammaxime possum Sanctiss. D.N. humiliter rogo, vt desiderio meo satisfaciat. Quod

attinet ad locum sepulchrali, libenter corpus meum iacere voluissem ad
pedes Beati Aloysij Gonzaga' mei quondam spiritualis filij, sed tamen
Superiores Societatis ubi uoluerint corpus meum ponant. De rebus tem-
poralibus mihi à Sede Aplica concessis, uel undecumq; acquisitis, ita
dispono. Heredem uniuersalem nomino et instituo Domum professam
Romanam Societ. Iesu, in qua Religione nomen dedi; uolo autem ut
primum soluantur debita, si qua fuerint, et iura ijs quibus debentur;
deinde dentur familie' ad 40. dies more solito que ad uictum pertinent,
id est quod illis taxatum est in pecunia pro pane, uino, et companatico,
neque' aliu d' eis relinquere' possum, cum ad solas pias causas testamentu'
faciendi facultatem petierim; et ea dem causa singulis stipendium, siue
prouisionem aliquam dederim preter uictum. Fratri meo secundum car-
nem, uel eius heredibus, restituatur imago, siue' quadrum Clementis 8.
Pont. Max. Nepoti meo Angelo detur imago, seu quadrum Roberti
Cardinalis de Nobilibus, et unum e' duobus quadris Sancti Caroli
Borromei, et una ex paruis crucibus quas ad pectus gero, cum reliquis
inclusis. Collegio Romano restituantur Annal. Cardinalis Baronij
tom. 6. quos mihi accommodauit, et eidem dentur alij sex mei, nam
cum hac conditione' accepi à Collegio 6. priores tom. qui nomine meo
dati fuerunt Collegio eidem ab eodem auctore, ut post obitum relin-
querem integrum opus. Eidem Collegio relinquo unam e' tribus plane-
tis pretiosis cum stola, et manipulo, quam uoluerit, et omnia scripta
mea, et totam bibliothecam, nisi R^{mo} Patri Generali videatur biblio-
thecam alicui alteri loci Societatis magis egenti applicare'. Sancte'
Mariæ in uia, qui titulus meus est, relinquo unam e' tribus plane-
tis pretiosis, quam heres meus dare uoluerit. Aliud titulo meo non relin-
quo, quoniam satis multum expendi in fabrica Ecclesie', ut fratres illi
sciunt

sciunt, qui hoc ipsum petierunt loco paramentorum, quæ illis emere
 constitueram. Reliqua omnia bona, quæ quocumqz modo ad me pertinent
 seu pertinebunt, siue immobilia, siue mobilia, siue se mouentia, siue
 iura, siue credita, siue sacra ad Capellam, siue profana ad uestigia-
 rium, uel cellas uarias pertinentia, siue pecunias numeratas, siue
 quæcumqz alia integra, ad heredem, id est Domum professam Roma-
 nam Societ. Iesu, ut dictum est, pertineant uolo. Et in illis omnibus
 et singulis ipsam heredem instituo, et nomino. Pro auxilio anime
 mee nihil relinquo, uel præscribo, quia parum admodum erit quod ad
 heredem meum perueniet, ut existimo, cum ego cumulandis pecunijs,
 uel rebus pretiosis acquirendis nunqz operam dederim; tum quia con-
 fido, imò certo scio non defuturam huic officio piam charitatem matris
 mee Religionis uidebr. Soc. Iesu, ut pro alijs filijs suis nunquam deest.
 Et quemadmodum ego non defui toto uitæ mee tempore pro defunctis
 Societ. sacrificia et orationes Deo offerre. Exequutorem huius mea uo-
 luntatis nomino honoris causa Ill^m et R^m D^m meum Card^{lem}
 Aldobrandinum: labor enim, ut existimo, nullus erit in exequut^o
 testamenti huius. Relinquo autem eidem Ill^m D^{no} meo id quo pretio-
 sius nihil habeo, id est Crucem ligneam reliquijs pretiosisimis refertam,
 quarum catalogus in sciniolo cooperto rubro holoserico inuenietur.

Hoc testamentum ualere uolo prioribus derogatis, qua in omnibus, et per
 oia reuoco, casso, et annullo, etiam si hoc forte non fuerit cum debitis solemnita-
 tibus factum. Id. n. aperte concedit Bulla Sum. Pont. Clem. viij. in qua mi-
 hi data est facultas testandi etiam per simplicem epistolam, uel cedulam ma-
 nu meo subscriptam.

Ego Robertus Cardinal. Bellarminus ut supra instituo, dispono, lego, et
 testor, non solum præfato, sed omni meliori modo, die 23. Januarij 1611.

4

M^{ro} R^{do} P^{re}. Tra quelli, che piu hanno sentita la grave indisposizione
del n^{ro} s^{co} Cardinal Bellaminio, so che ad rai tenuto il Secolo da V. P.
che ha notizia dell' affetto, et dell' obligatione mia verso quel sig^{re} quale
ad potendo io imitare di persona, prego V. P. a supplire lei le mie parti,
nella forma, che piu imaginarsi esser desiderata da me, et darmi piu
ragguaglio dello stato di S^{ta} ^{St^{ma}} di cui uoglio sperar nuoue, che mi
habbino da consolare intieram^{te}. Ma quando piacera a Dio di uoler q^{lo}
sig^{re} ^{et} il Cielo, si copiacia V. P. di procurarmi dal P. Genete alcuna
ma corona, o Breuiario, essendo io ^{et} farne la stima, che richiede il
concetto, che ho della singular bonta del s^{co} Cardite. Della mia sanita
pono dire a V. P. di hauerla goduta un pezzo apai ragionevole, et credo
ultimam^{te} non ritocato alquanto da dolori renali, che mi hano causato
anco questi giorni un poco di alterat^{ne} comincio hora, grana del sig^{re}, a
sentirmi meglio, Neche piacia a Dio, che ad ridondi in dono dello
spirito, et a V. P. di tutto cuore mi raccomando. Di Cap^{ta} li 6 di The ibi

Tutto di V. P^{ma}

Il Card. Farnese.

M^{ro} R^{do} P^{re}. Con straordinaria tenerezza di animo ho letto la lettera di V. P.
hauendo ^{et} essa intesa la gelita, che ci sopra ha del buon s^{co} Card. Bellaminio
se bene a tutti i suoi deuoti dene esser di una gran consolatione, ch' egli
habbia da cabiar la terra con il Paradiso. Il mio sentimento ad dirim^{te}
isce per punto l' obbligo, che merita la P^{ma} V. ^{et} le parti, che mi ha pre
stata così in coprir ^{et} me co S^{ta} ^{St^{ma}} et in assicurarmi il mo Breuiario
come in auisarmi lo stato di S^{ta} ^{St^{ma}} le preparazioni, che fa ^{et} uolarsene al
Cielo, et gl' effetti, che fin d' adeno comincia ad opare l' odore della ma

+

Sanctità; et desideroso di hauere à restar sempre piu obligato, la prego, che
mentre il sov. Dio ci lasciara N. Anna in vita, voglia andarle dando qualche
ricordo della mia singular onemanda, et dell' aiuto, che mi si deve da lei
porgere con orationi, quando sarà amuato alla nostra vera Patria, nò solo
per corrispondenza di questo mio affetto, ma anco y il carattere, che porto
impresso di sua creatura, acciò io habbia da usar meglio nell' amuenire i
doni, de quali il sov. Dio ha fatto à me così gran parte. Sia in che
pregata la P. V. seguito, che sia il felice transitò di N. Anna di pigliare
incognito di mandarmi y esempio mio un ragguaglio delle cose, che
questo sig. re hauera dette, et fatte, et nella sua indisposizione, et nell'
annunciamento dell' hora eterna di questa ombra di mort, che io
nò mancarò argomento y hauev da scriver, et da imparar molto; che vol
andaro più facilmente supando quei senti, de quali in un tal caso non
può mancare l'humana infettione, et un animo che di cuor ama.
Continuo Dio grana, nò se gl' acquisti di salut, et so di doverne attribui-
re parte ben principale alli aiuti spirituali, che V. P. mi uia nò solo preg-
bando, ma anco procurando; et y che nò dubito punto, ch' ella mi sareb-
be anco cortese di quel più, che potene farmi da lei in beneficio mio, l'ami-
caro, di dover continuare, alle occasioni, il ponere, nel quale mi trouo d'
incomodarla. Et di cuore me le racio. et offero. Di Cap. ^{la} 10 di Tob. libri
di mano pp^a del cardinale l'impatrio

Vivo con pena di questa imminente perdita; ma insieme godo dell'
opinione, che già si comincia à scoprire della Sanctità di questo sig. re

Tutto di V. P. ra


Mar. Farnese

4

È giacciuto alla M^{ta} Div^a di chiamare a se l' 8^{to} sig^{re} Card^{le} Roberto Bellarmino questo di 17 di 7^{to} giorno dedicato alle sacre Stigmate del glorioso S: Fran^{co}: nella cui festa egli era nato, et a cui hauea portato sempre particolare deuotione. Et morto nella casa di S: Andrea; bone brigatoti da negotij publici, e dalla corte con licenza di sua santità si era ritirato per attendere a se medes^o: e meglio disporli a ben morire, insegnando al Mondo con l'opera l'arte che hauea insegnato con la penna. Il passaggio e stato conforme alla gran pietà, con che uisus con sentimento uale e gran concetto di santità. Ha lasciato herede della povertà sua, e bonario: l'herede richis^o: delle pretio^{se}: sue uirtu, e dell' Illustriss^a g^{ra} guadagnata con la publime sua sapientia e mirabili esempj, in ogni ricognoscimento di questo, e di altri gratiss^o: obligi, et in corrispondenza dell' amore tenent^o: che egli portò alla Cong^a, e mantenne sempre più uiuio come a sua diletta madre, le bene speriamo che quell' anima puriss^a: non habbia molto bisogno di suffragi. Ogni padre li dia 3 Mepe, et ogni fratello 3 Corone, tanto maiormente anche Donneti, quanto che egli mentre e stato Cardinale non ha presente mai di fare ai padri e fratelli i suffragi conpeti. Et questo testolo allega nel suo testamento, mentre nel resto li raccomanda et li rimette alla Charità della Cong^a.

[Faint, mirrored handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and bleed-through.]

[Vertical handwritten text along the left edge of the page, possibly a list or index. The text is illegible.]



sig. Cav. Bellarmino

sua morte